siculos illos disseruimus. dn̄s de sion ru
giet. et de hierusalem dabit uocem suam.
et luxer̄ speciosa pastorū. Diximus illū
astis suae usum esse sermonibus. ut quia
pastor gregum. nihil terribilius leone
cognouerat. iram dn̄i leonibus cōpararet.
Iuxta hunc ergo sensum. etiam nunc de eo
quod saepe uiderat. sumit exemplū. et sic
decem tribuū paruas reliquias de assyrios
narrat manibus eruendas. quomodo si pas
tor deuoratis omnibus menbris duo crura
aut extremum auricule de leonis faucib;
positoq; comparationis exemplo. Ita inquid
eruentur filii isrt̄ decem uidelicet tribus
quae habitant in samaria. In plaga lec
tuli et in damasci grabato. quod mihi sic
explanandum uidetur; legimus in esaia
raasim regem aram. Id est syrorū qui reg
nabat in damasco et facee filium romelie
regem isrt̄ initio foedere contra iudā
uenisse pugnantes. De quibus dn̄s pre
cipit achaz regi iudae et hierusalem.
Ne timeat duos semiustortarres. quan
do in signum plenae libertatis uirginis
ei et conceptos et partus ostenditur.
filii ergo samariae habitant in regione
et plaga lectuli requiescentes in syrorū
auxilio et in damasci grabato sibi uicto
riam pollicentes. ut quomodo qui fes
sus est refocilatur in lectulo. sic illi frac
tas uires uicine gentis auxilio roborarent.

Unde et in eodem isaia per typum dicitur
futurorum quod nascetur ussit puer qui
priusquam sciat uocare patrem et matrē
accipiat spolia samariae et uirtutem da
masci. quae scilicet contra hierusalem
iunctis uiribus dimicabant; pro plaga
lectuli et damaschi grabato. LXX. transtu
lerunt. Contra tribum et damascum;
et iuxta tropologiam tribum referamus
ad iudam. et damascum ad uocationem
gentium. De quibus unus grex factus ē dn̄i.
cuius sepe oues leonum feritas laniat de quo
rum faucibus uix duo crura aut extremū
aufertur auriculae; In cruribus uia ostendi
tur doctrinarū. In aure est sacramenta dic
torū; Unde et apostoli absq; calciamentis
et ulla mortui animalis pellicula. Nudis
pedibus iubentur incedere. et ad credentes
dicitur. Qui habet aures audiendi audiat.
In apocalypsi quoq; iohannis legimus. Qui ha
bet aurem audiat quid sp̄s dicat ecclesiis; et
manifestius per prophetam. ponite inquit
sermones uestros. in auribus cordis uestri;
Hoc iter tam heretici. quam magistri eorū
daemones impedire festinant et intexere
retibus, ut in uia qui xp̄s est corruamus; sed
si uenerit uir ecclesiasticus. et homo di et sam
son qui interpretatur sol. leonem interficit.
Descendensq; inferni lacū quia quasi refrige
rat. Tempore niuis tempestatis et hiemis
suffocauit leonem. ut securo pede et totis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0154